

· IOHANEM · 145

patrem & alium paradetum dabit uobis · ut maneat
uobiscum in aeternum ; spm ueritatis · quem mun
dus non potest accipere · quia non uidet eum · nec
scit eum ; uos autem cognoscetis eum · quia apud
uos manebit · & in uobis erit ; Non relinquam uos
orfanos · ueniam ad uos ; adhuc modicum · & mun
dus me iam non uidet · uos autem uidetis me quia
ego uiuo & uos uiuetis ; in illo die uos cognoscetis ·
quia ego sum in patre meo · & uos in me · & ego in uobis ;
qui habet mandata mea & seruat ea ille est qui diligit me ;
Qui autem diligit me · diligetur a patre meo ; & ego
diligam eum · & manifestabo ei me ipsum · FINEM.
Dicit ei iudas non ille scariothes · dne quid factum est
quia nobis manifestaturus es teipsum & non mundo ·
respondit ihs & dixit ei · Si quis diligit me sermonem
meum seruabit ; & pater meus diliget eum · & ad eum
ueniemus & mansionem apud eum faciemus ; ·
qui non diligit me sermones meos non seruat ;
Et sermonem quem audistis non est meus · sed eius
qui misit me patris ; haec locutus sum uobis ·
apud uos manens ;
Paracletus autem sps sc̃s · quem mittet pater in nomi
ne meo · ille uos docebit omnia ; & suggeret uobis om̃a ·
quaecumque dixero uobis ; pacem meam relinquo
uobis · pacem meam do uobis ; Non quomodo mundus
dat · ego do uobis ; Non turbetur cor uestrum · neque
formidet ; audistis quia ego dixi uobis · uado & ue
nio ad uos ; si diligeretis me · gauderetis utique ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscbibl93/0297